

Justus Christoph Schomer

**Facultatis Theologicae Nomine Iustus Christophorus Schomerus, D. & P. P.
Consistorii Ducalis Assessor & Superintendens Mecklenburgensis, Ad
Disputationem Inauguralem Viri PI. Reverendi & Excellentissimi Dn. Gotlobi
Friderici Seligmanni, Phys. & Metaphys. P.P. celeberrimi & Archi-Diaconi Jacobei
vigilantissimi, De Libertinismo Sentiendi Et Credendi, publice ventilandam,
Magnificum Dn. Rectorem, Excellentissimos Omnium Facultatum & artium
Professores, Nobilissimos Doctores ac Licentiatos, PI. Reverendos Ecclesiarum
Pastores & Presbyteros, clarissimos Philosophiae Magistros, & omnes deniq[ue]
Studiosos, Literatos ac Literarum Fautores, ad d. 4. Martii, 1686. horis antem. &
pom. solenniter invito**

Rostochi: Wepplingius, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736211438>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 4. März 1686

Schömer, Justus/9

~~Seligmann, Gottl. Frid.~~

Prolegomena

Q. F. F. Q. S. V.

FACULTATIS THEOLOGICÆ NOMINE
JUSTUS CHRISTOPHORUS SCHOMERUS,
D. & P. P. Consistorii Ducalis Assessor & Su-
perintendens Mecklenburgensis
AD DISPUTATIONEM INAUGURALEM
VIRI PL. REVERENDI & EXCELLENTISSIMI
DN. GOTLOBI FRIDERI-
CI SELIGMANNI,
Phys. & Metaph. P. P. celeberrimi & Archi-
Diaconi JACOBEI vigilantissimi
DE
LIBERTINISMO SENTI-
ENDI ET CREDENDI
publicè ventilandam,
Magnificum DN. Rectorem, Ex-
cellentissimos Omnia Facultatum & ar-
tium Professores, Nobilissimos Doctores ac Licentia-
tos, Pl. Reverendos Ecclesiarum Pastores & Presbyteros, clarissimos
Philosophiae Magistros, & omnes deniq; Studiosos, Literatos ac
Literarum Fautores, ad d. 4. Martii, 1686. horis antem.
& pom. solenniter invito.

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS WEPPLINGII, UNIVERS. TYPogr.

1686



Venadmodum C. Cotta apud

Ciceronem lib. 3. de Nat. Deor. de Deorum existentia
disputaturus, inter se Pontificem & Philosophum
distinguit, ut quod sibi sacras ceremonias publicè
defendentis persuasum erat sola auctoritate majorū,
idem ad Academicam libertatem regressus in Lucis
Balbo rideat, tantas scil. res, quod sint Dii, opinione
sultorum judicari: ita hodieq; nimis freqvens est
in orbe Christiano impietas, ut externā professione religionis, fun-
gantur qui atheismum animo volvunt, omnesque Theologorum me-
ditationes pro animalibus fabulis irrident. Etsi enim longè certioribus
nixa est fundamentis Christiana fides, quam omnis, quæ inter gentiles
versabatur, Deitatis agnitione, multiplex tamen illa sentientium dispu-
tantiumque varietas, quam orthodoxa ecclesia exercetur, raptatos in
diversa animos facile præcipites dat, ut abjecta difficultum, ut videntur,
quæstionum curā cum conclusionibus ipsa etiam principia convellat.
Nimirum desperationis nomen est scepticismus, nec aliam nacta est ve-
tus Academia gloriam, quam quod ingenuè fateretur, se veritatem,
quam alii vel quærebant vel se reperisse rati erant, invenire non pos-
se. Obruitur mens pugnantium inter se argutiarum denso agmine, ut
viribus suis diffusa & luctando lassa objectis luci nubibus succumbat.
In hac tenebrisca ignorantia nocte ne quis horror animum subeat,
sponte sibi blandiuntur homines impunitatis spe, quod veritatis illius,
quam haberi nequit, nec adeo magna jactura sit; ita distracta partibus
contentientium religio securò negligitur, sannis etiam & scomma-
tibus petulantium ingeniorum sapientia excepta, vel si modestius agi-
tur, uniuscujusq; indulta sentienti libertati. Progreditur per distin-
ctos gradus ex hoc fonte derivata impietas, & quod major est ruditatis
audacia, altius provehitur, dum alii facilitatem errandi tantum in
aliis excusant, alii & sibi vel ignorandi vel errandi facultatem indul-
gent, alii veritatem quam nesciunt simpliciter negant, alii etiam pro-
lubitū fingendi ludendique licentiā luxuriant. Qui aliis indulgent,
et quæritatis solent affectare nomen, cum scientiæ non habeant, Nam
sicut

sicut ipsi Remonstrantes censem, illos, qui ethnicos virtuosos in salvandorum ordine collocant, magis charitatis affectu quam certo iudicio ductos esse, *Apol. fol. 120.* ita & generaliter compertum est, ubi metus violentiae cessat, solam ferè defendendū fidei inopiam esse syncretismi matrem. Nempe ut inducias fiant cum certare ne quis. Sed imperitus ille hominum amor & amorem Dei tollit & saluti hominum nocet, quos vel ad pertinaciam erroris vel facilem veræ religionis abjectionem abducit. Quidam modum pridem Hannoveranus quidam speculi conversionis faber plebem Evangelicam persuadere voluit, quod Doctorum quorundam assertio, etiam Pontificia fide homines salvos esse posse, sufficiat ad eam seculo bonoque animo amplectendum, nescio an suis pari modo apostasiam ad gentilismum induitur, cum legerit Trigautium jesuitam *de exped. Sin. l. I. c. 10. § 1. 4. c. 6.* de Sinensium multorum salute non minus sperare. Illis, qui sibi ipsis indulgent, horribilem suppeditavit defendendi sui modum Henr. Morus tract. Angl. *de Mysterio Piet. lib. 10. cap. 10. toto*, quod Deus cuiusque falsæ persuationis auctor sit, quam vel Turca vel Judæus (quod dilecte in exemplum adducit *sub fin. §. 3.*) vel quivis alius imbutus est, & quisque præceptum divinum habeat, ita credendi colendiq; Deum ut se credere & facere oportere apud animum convictus est, vel le esse censem, toties correctum novumque quoties in novam sententiam damnata priore opinione transit. Atque ita qui nullo errore suo peccat, neque ad ullum exutendum solitus esse debet, & frustra tempus triverunt Apostoli hominibus ad Evangelium convertendis. Ne autem color impudentissimo commento desit, non esse turpe, ait, aliud falsa opinione imbuere, ni omnia stratagemata velis damnare, Deumque id facere posse & per modum poenae & per modum probandæ integratatis, sicut qui cultum divinum in squalore carceris exercendum imperat, aut cassum servo scrinium proprietiarum rerum pleno custodiendum tradit. Secutus ita Tuvissum, Macovium & alios Calvinianos, quibus nec ipsis absurdum est, fidem falsi, id est, partæ sibi salutis per Christum, reprobis divinitus imperari, quæ tamen parta non sit. Quanquam re verâ proprium ejus commenti fundamentum jecerunt Remonstrantes, cum *apol. c. 25. fol. 289. b.* verbi divini obligatio-

Nem ab intellectu & conscientia nostra suspendunt. Qui quod nesciunt negant, illi sunt, qui ea sola ratione vel Deum vel providentiam divinam aut religionem Christianam impugnant, quod certam & infallibilem ejus demonstrationem sibi nondum videantur didicisse, et si neque oppositam thesin stabilire rationibus conentur. Quod genus disputandi plerumque & Sociniani observant, ut se respondentium loco collocent, nec sibi probandi provinciam imponi velint. Notitia quidem Dei & divinae legis homini connata est, ad quam non docti vel instituti, sed facti & imbuti sumus, hebescit tamen illa mentis convictio, cum implicita profanis cogitationibus dubitare de omnibus didicit. Denique impietatem illam omnem superant, qui non contenti nescire, negligere, impugnare religionem, etiam pro lubitu audent fingere, ludere & aliis imponere, non aliter ac si in pergula pictorum versarentur. Illi sunt, quos prae aliis *Libertinos* appellare licet, qui libertatem se putant nactos esse de causa Dei prout volunt statuendi, quamquam non emancipati sed fugitiivi servi, qui nec Dominum nec patronum reverentur. His hominibus, dum colorem religioni quamvis mentiuntur, utique color omnis excusandi audaciam ingenii decet. Tales fuisse Muhammedem Arabem, Simonem Magum, Theudam, Barcochbam, Antonium pseudoparaclitem &c. qui ad religionem hominum ever-
dam ea de se, quae falsa esse norant, jaclitarunt, omnium ore atque suffragiis constat; sed quam vellem, ut intra vetera haec & damnata nomina illa impietas constitisset! Quantum vero ab hac impostura absunt, qui aliis ita imponentibus ludentibusque sine exceptione credi debere contendunt? Haud crederes esse posset tam immanis impudenteriae homines, qui id serio ausint docere, nisi & nostra & prisca tempora ejus rei exempla dedissent. Vel Hobbesii Leviathan qualem monstrum exclusit? Civem bonum ad nutum principis vel magistratus religionem debere componere, & eam demum esse veram religionem, quam civili potestas quoque loco ac tempore voluerit, quod scilicet nulla sit reipublicae secura tranquillitas speranda, ubi causa Dei ab hoc obsequio exempta est. Aequaliter securitatem auctoritati Rabbinicæ praestantem commendat ex judæis Lipmannus Nizach. p. 321. in *Kobeletb* & cum illo *Raschi* ad *Deut.* 17, 8. ut etiam si dextram esse sinistram & sinistram.

stram esse dextrā dixerint, illis eradas qvōd Deus legē suspenderit à men-
te & arbitrio sapientum, juxta qvorū variantia decreta qvæ querentes
& munda & immunda sit. תְּהִוָּת שְׁנַת לְנֵי הַחֲרָה תְּלָה אֶתְתָּה:
Et quid dicemus de Pontifici-
ciis qvibusdam? Certè ovum ovo non est magis simile, qvam huic
absurditati Judaicæ decantata illa Cardinalis Cusani ad Bohemos, qvōd
veritas cathedræ ita adhæreat, ut etiam si bode alia fuerit interpretatio
ecclesiæ ejusdem præcepti Evangelici, qvām aliquando, tamen hic sensus
nunc in usu currens ad regimen ecclesiæ inspiratus, ut temporis congruus & sa-
lutis via debeat acceptari. Cuiungas, nescio an non impudentiores, Gre-
gorium de Valentia, & Cardinalem Toletum, cum in definitione syno-
di vel episcopi et si errant, et si dogma hereticum proponentis, dummodo
nescias id esse contra ecclesiam non tantum securò sed & meritorie
jubent acqvestere; & Lojolicæ perfectionis regulas, ut coecæ plane
obedientiæ superiorum jussa quantitatis absurdæ & contra Deum nitivis
sa, sine morâ exequaris. Certè videtur injuria his hominibus fieri, si sta-
tuas, illos Deum credisse, qvem commentis hominum tam absurdæ
restitutione jubent, eo ipso etiam libertatem fingendæ arbitriæ re-
ligionis vel sibi vel iis, qui cum imperio sunt, satis aperte largiti. Atta-
men nolumus rimari seereta mentis alienæ. Fieri potest ut tantus
stupor animū occuparit talia scribentis, ut ipse nesciat quo delabatur,
præsertim cum & in aliis qvotidie deprehendas, qvæ si rigorosè exami-
nentur, iisdem vestigiis insistere dicas. Qvoties enim accidit, ut
favor potentiorum, lucrī cupiditas, vel qvivis incommodi metus ani-
mum à religione Dei abstrahat, ut mutatā scenā jam aliud qvā olim
defendat? Qvoties ut famæ consulatur, mens etiam convicta verita-
tis eam agnoscere & fateri renuit, ne errasse videatur? Hæcine li-
centiam fingendi non involvunt & statuendī de causā Dei qvod lubet?
Sed qvīcqvī sic de animo illorum, qvibus vel crassior alter vel hic sub-
tilior Libertinismus placet & qvam cunq; patiatur benignissimam in-
terpretationē, id tamen certum est, illos non recte perpendere, qvam
ea res momenti sit, de qvā sibi indulgent. Etenim si crederent suā maxi-
mi interesse, veritatem religionis, etiam qvam nesciunt & de qvā du-
bitant, recte investigare, nullus in mundo atheistus, nullus liberti-
nismus

nis in us, nullus syncretismus esset. Nihil quidem nocet frustra fuisse prius;
etiam si inanis esset Numinis reverentia, tamen meliore spe inter adver-
sa animum solatur, & vel ipsis atheis arbitris pacem reipublicæ servat,
hominesque in officio continet. Verum si existat Deus, quem tu non
credas, quid à vindice auctoritatis suæ expectabis? Laudatur saepe ab-
undans patris familiæ diligentia, à periculo etiam improbabili rebus
suis prospicientis; quanto minus oportet securum esse de æterno a-
pud inferos dolore, cuius te omnia multa terrent, nullo experimento
hactenus refutata. Non est ridendum, res vera agitur. Habes domi actio-
num tuarum judicem, quarum in justitiam ipse accusas, etiam cum er-
rantem & ignoratum te peccasse comperis. Non permittis alieno erro-
ri, ut tua pro suis auferat, non servo, ut iussus tui securus, quæ ipse
cominiat, agat; atque ita nec tuo errori tale quid permittendum esse
fateris. Cum ergo perinde non sit quid agas, nec perinde erit, quid
eredas; quippe voluntas viri sapientis sequitur intellectum, actionem
dem. Legem agnoscis? agnosce & legislatorem, qui te illis regulis al-
ligavit. Neque si tibi videtur res divina paryi momenti esse, etiam Deo
est. Quod major princeps est, eodem accuratiorem solet exigere obedientiam;
eam ergo optimo jure exigit Princeps omnium maximus, cuius ple-
niori potestate subsumus, quam ulti civili potestate. Videmus aulicos
delubricâ principis gratia sibi timentes, omni studio id agere, ne quam in
re ipsum offendant, atque ea propter variis viis, quis illi genius sit, quæ
res potissimum placitura, ex amicis sciscitari. Tantane diligentiam nos
indagare voluntatem hominis, nec tamen voluntatem Dei? Natur-
lis quidem ejus lex omnibus lata est. Sed cum admissimultiplicis con-
tra eam peccati sibi facile conscius sit, qui mores suos ad illam levi-
ter examinaverit, merito etiam quereret, quomodo placare indignan-
tem & quomodo imposterum rectius sibi cavere possit. Nemo te cer-
tum reddidit, non alium requiri colendi Dei modum, quam quem na-
turalis virtutis sensus suppeditat: omnium gentium mores, alias tradi-
tiones respicientium, hanc opinionem impugnant. Quando etiam in-
daganti sacer Codex noster omnium deprehenditur esse certissimus,
& ea suæ auctoritatis documenta dare, quæ omnem dubitandi cau-
lam facile superant, quæ nunc persequi scriptorius nostra mensura non
patitur.

patitur, & ex illo agnoscere oportet, qvām accurate simus ad eam regulam adstricti, ut nulla nobis declinandi, addendi, tollendi facultas relinqvatur. Deut. 8, v. 12. & 32. Matth. 5, 19. 1. Tim. 6, 3. seqq. Gal. 5, 9. Jerem. 23, 28. 2. Job. 10. Probat id prolixius & contra sentiendi credendiq; Libertinismum Spiritus S. arma expedit inaugurali Disputatione Vir Pl. Reverendus atqve Excellentissimus, DN. GOTLOBUS FIDERICUS SELIGMANNUS, Metaphys. & Phys. apud nos Professor celeberrimus, Archi-Diaconus Ecclesie Jacobae vigilanssimus, Collega, Fautor ac in Christo Frater noster honoratissimus. De cuius laudibus eō lubentiūs taceo, qvō minus illis per nostrum testimonium cumulus aliquis accedere potest, qvi virtutem atqve eruditioinem suam publicis privatisq; Orationibus, Lectionibus, Disputationibus ita universæ nostræ Academiæ probavit, ut non minus apud exteros, qvām domi inclaruerit. Cursum vitæ tantum more majorum breviter indicabo. Natus est Anno hujus seculi LIV. d. 23. Novembris Zittaviae Lusatorum, florentissimâ urbe, qvam suis conatibus maximè faventem semper fuisse gratus prædicat. Patrem veneratur Pl. Rev. Virum DN. M. ZACHARIAM Seligmann ad S. Joh. ibidem Archi-Diaconum meritissimum, Matrem omnibus virtutibus conspicuam matronam CATHARINAM Rev. Ecclesie Grodicensis qvondam Pa-store DN. Caspare Thomæ satam. Prima rudimenta paternæ fidelitati debet, qvam exceperunt Praeceptores publici, præcipue Vogelius Güntherus, Weisius, Cl. Viri, nunc in Coelo triumphantes. A. LXXIV. mense Majo ad emporium bonarum literarum Lipsiam, protectus propensissimos reperit studiorum promotores, insignes Viros, Scherzerum Rappoltum, Thomasum, qvi & ipsi jam ad meliores abiverunt, præterea Carpzovium, Albertum, Olearium, Menckenium, Fellerum, Rechenbergium, Cyprianum, Excellentissimos Viros, hodieq; per Dei gratiam, & utinam diu! superstites. Qvorum exoptato ductu res ita successit, ut A. LXXVI. d. 28. Jan. summos in Philosophiâ honores cum applausu omnium obtineret, & præter alia complura specimen duas pro loco, ut vocant, disputationes Publicas cum laude egregiâ haberet, duasq; alias, Theologicas sub Præsidiis Dnn. Carpzovi & Olearii respondendo tueretur. Jamq; sedem apud se fixam Dn. Canditato nostro Lipsia polli-

pollicebatur, meditantem aliud iter retinens A. LXXIX, & collegiaturæ
beneficio impertiens, quo etiamnum indultu clementissimo fruitur.
Sed ingruentis in vicinia pestis terror, & desiderium generosi juvenis
ipsius fidei commissi A. LXXX, eum ad hanc nostram Rostochiensem A-
cademiam deduxit, non absq; singulari Dei providentiâ, cum hospitio
exceptus Excellentissimi & Consultissimi Viri, Dn. D. Joh. Sibrandi, De-
cret. P. P. famigeratissimi, collegæ & affinis nostri honoratissimi, per
eum & Magnifico, qui nunc est, Academiæ Rectori & Amplissimis urbis
Consulibus, tandem toti inclito ejus Senatui commendatus A. LXXXI.
mense Augusto ad eam, quam hactenus magno Academiæ ornamen-
to sustinet Professionem, & deinde A. LXXXIII. d. 30. Jan. ad spartam
Ecclesiasticam vocaretur. Qvo eodem anno felix cum florentissimâ
eune Virgine ANNA ELISABETHA, Ampl. & Prudentissimi qvondā
Viri Dn. ERNESTI SULTMANNI, Senatoris hujus urbis laudatissimi,
filiâ matrimonium copulavit, ex qvâ & filiolam suscepit svayissimam,
cujus incrementis Deus sospitator benedicat! Cæterū cum ad majora
natus Excell. Dn. Candidatus cursum suū ad auferenda in studiis Theo-
logicis brabea direxerit, & propterea mense Sept. superioris anni, ut ad
solemnia eo nomine admitteretur à Facult. Theol. modestè petierit, lu-
bens illa annuit, & in privato ac rigoroso, qvod vocant, examine eum
observavit in omnibus Theol. partibus ipsi collectum apparatus, qva-
lem ex aliis publicis specimînibus jam autè præsumere debuit, tituloq;
ac gradu Doctoris Theologi illum estimavit qvam dignissimum. Qvia
autem more majorum receptum est, ut & solenni Disput. publicè ad il-
lam spem inaugurentur Candidati, etiam huic nostro thema datum est,
qvod, ut solet, accuratissimè elaboraret. Imminet nunc ille dies, qvar-
cus Martii, qui post varia impedimenta propositū sufflaminantia huic
celebritati dictus est, ad qvam igitur ut freqventes convolare, studiique
qvo in Theologicas lucubrationes & in Excell. Dn. Candidati splendida
de hac universitate merita ferantur, documentum gratissimū dare ve-
llint, Magnificum DN. RECTOREM, Excellentissimos Professores, Do-
ctores, Licentiatos, Reverendum Presbyterium, Magistros, Stu-
diosos & omnes Literarum fautores suis titulis & elogiis con-
spicuos officiosè ac per amanter rogo.

P. P. Sub Sigillo Facultatis Theologice Rostochii d. 21. Februarii, 1686.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn736211438/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736211438/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn736211438/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736211438/phys_0012)

DFG

patitur, & ex illo agnoscere sporter, qvām accur-
 gulam adstricti, ut nulla nobis declinandi, adde-
 relinqvatur. Deut. 8, v. 12. & 32. Matth. 5, 19. 1. T.
 Jerem. 23, 28. 2. Job. 10. Probat id prolixius & con-
 diq; Libertinismum Spiritus S. arma expeditina
 Vir Pl. Reverendus atque Excellentissimus, DN.
 DERICUS SELIGMANNUS, Metaphys. & P.
 celeberrimus, Archi-Diaconus Ecclesie Jacobae
 lega, Fautor ac in Christo Frater noster honoratissi-
 dibus eō lubentiūs taceo, qvō minūs illis per no-
 cumulus aliquis accedere potest, qvi virtutem
 suam publicis privatisqve Orationibus, Lectioni-
 ita universæ nostræ Academiæ probavit, ut non
 qvām domi inclarerit. Cursum vitæ tautum
 viter indicabo. Natus est Anno hujus seculi L.
 Zittaviae Lusatorum, florentissimâ urbe, qvam fu-
 faventem semper fuisse gratus prædicat. Patre
 Virum DN. M. ZACHARIAM Seligmann ad
 Diaconum meritissimum, Matrem omnibus vi-
 matronam CATHARINAM Rev. Ecclesie Grod-
 store DN. Caspare Thomæ satam. Prima rudi-
 tati debet, qvam exceperunt Præceptores publi-
 Güntherus, Weiss, Cl. Viri, nunc in Cœlo trium-
 mense Majo ad emporium bonarum literarum, Li-
 pensissimos reperit studiorum promotores, insigi-
 Rappoltum, Thomasum, qvi & ipsi jam ad meliores
 Carpzovium, Albertum, Olearium, Menckenium, P.
 um, Cyprianum, Excellentissimos Viros, hodieq; I-
 tinam diu! superstites. Qvorum exoptato duci
 A. LXXVI. d. 28. Jan. summos in Philosophiâ hon-
 niūm obtineret, & præter alia complura specim-
 vocant, disputationes Publicas cum laude egregi-
 lias, Theologicas sub Præsidiis Dñi. Carpzovii & C.
 tueretur. Jamq; sedem apud se fixam Dñi. Car-
 p.




Image Engineering Scan Reference Chart TE33 Serial No. 076

eam re-
 i facultas
 Gal. 5, 9.
 creden-
 tiatione
 S. FRI-
 Professor
 us, Col-
 ujus lau-
 monium
 litionem
 litionibus
 exteris,
 um bre-
 vembris
 maxim
 e
 Pl. Rev.
 m Archi-
 spicuam
 adam Pa-
 ñæ fideli-
 Vogelius
 , LXXIV.
 ctus pro-
 berzerum
 præterea
 benbergi-
 am, & u-
 cessit, ut
 plausu o-
 loco, ut
 uasq; a-
 ndendo
 o Lipsia
 polli-